## Consensus super aqua ductum

Quia nos annuen[tes] supplicationib[us] etc. ipsis Aquam ex fluvio N. sumere et ad piscinam eorum praedij quod in N. possident per vim subterraneo ducere ligneo canali permittendum duximus et bonum seu literarum permittimus Eo vero modulo et terebro quo canalia seu aquaeductum eiusdem Civitatis n[ost]rae Civ[ita]t[is] aqua ipsa ex eodem fluvio N. erogatur et ducitur Ad voluntatis n[ost]rae beneplacitum Id quod tibi Generoso N. et cuicunq[ue] alteri Magno Procuratori tenore praesentium declaramus et Mandamus ut cum per praefatum N. fuerit requisitus ad praedictum eius praedium in et piscinas illius descendat designaturus eundem locum qui tibi et illi commodior et opportunior esse videbitur per quem ex ipso fluvio N. aquam ad praedictas piscinas suas vigore praesentis indulti n[ost]ri deducere debeant et secure absq[ue] cuiusvis impedimento possint In cuius aquae usu m[ode]o praemisso praedictos N. permissos et concessos illum tueanis et defendas quantum ad tuum pertinet officium pro gr[ati]a n[ost]ra. Datum Civ[ita]t[is] etc.

## Consensus super liberam condescensionem de Advocatia.

Quod nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Nobili N. Advocatio oppidi n[ost]ri N. in districtu N. sito Terrestris ad nos diligenter factam ipsi consentiendum et permittendum duximus uti quidem consentimus et permittimus hisce literis n[ost]ris quod possit Advocatiam ipsam n[ost]ram oppidi N. iusq[ue] suum Advocatiale supradictam Advocatiam per nos illi concessam Nobili N. nepoti N. apud libros Actorum quorumvis Terrestrium vel Castrensium resignare ac de possessione dictae Advocatiae eidem condescendere per nominatum N. nepotem illius Advocatiam ipsam oppidi N. postquam illi resignata fuerit iuxta Privilegia eiusdem Advocatiae originalia tenen[di] haben[di] possiden[di] utifruen[di] pacifice et quiete. Volen[tes] praeterea gr[ati]a n[ost]ra in nominatum N. maiusq[ue] extare testimonium eum in possessione dictae Advocatiae nostrae permissam sibi resignatae ad vitae illius extrema tempora conservan[dum] et relinquen[dum] duximus uti quidem conservamus et relinquimus lit[er]is hisce nostris praemiten[tes] recordamus n[ost]ris Regijs provisionibus etc.

## Cautio ne iuri advitalitio donatio aliqua obsit.

Scimus etc. quod cum ex gr[ati]a et liberalitate nostra Regia

394

concessimus super venerabili N. decem cmetbones in villa nra ... ad oppidum praefectura N. pertinen cum censibus et laboribus ... lacuum silvarumque in literis expressorum usum Generosus Vo N. ad eam ipsam praefecturam ius advitalitatis ipsi Generosi N. [illegible] cavemus eidem literis hisce nostris decernentes nihil iuris ipsi advitalitii obesse posse aut debere eam ipsam concessionem verum salvum et integrum atque illaesum esse et fore declaramus In cuius rei fidem etc.

## Consensus super cessionem capitaneatus

Significamus etc. Cum ex familia Comitum de Tenczin virtutem ac fidem suam erga maiores nostros ac Rempublicam Regni huius semper probavisset praestitissetque sedulo studium et observantiam suam in omni officio quod vel a fidelibus subditis vel prudentibus gravibusque senatoribus proficisci debuit atque ob eam causam maximos et longo tempore continuati honores in ea permanserit Nec minus etiam nunc Magnificus Stanislaus Capitaneus [illegible] et Andreas Lublinen. Palatinus Comites de Thenczin de nobis et Repub. mereri [illegible] aequum itaque putavimus nram vicissim gratiam et munificentiam in eos declararemus Itaque Magnifici Andreae Comitis in Tenczin Palatini Lublinen. filio natu maiori Gnoso N. Comiti in Thenczin Praefecturam Bohatinensem quam nunc Magnificus Andreas Palatinus [illegible] obtinet quandocunque illi pater ea cedere voluerit vel eaque certo nomine se abdicaverit aut si illi quid humanitus acciderit in omni scilicet vacationis eventu ex nunc prout in ipsa vacatione dandum et conferendum duximus, uti quidem iam damus et conferimus idque ad tempora vitae eius extrema Promittimusque verbo nro Regio pro nobis et Serenis successoribus nris. Quod ei Capitaneatum nrum praefatum Bohatinense nulla quantumvis gravi ac ardua de causa etiam proficisci coquinae et mensae necessitate non adimemus verum illud in pacifica possessione et usufructu libero eiusdem Capitaneatus quamdiu vixerit conservabimus. Et nihilominus ipse Magnificus Andreas ipsi quoad vixerit omnes proventus eiusdem praefecturae secundum divi parentis nostri donationem ad vitae suae finem percipiet Et si filius eius prior mortuus fuerit Praefecturam etiam ipsam non expectatis aliis a nobis literis recuperabit ac post obitum illius accipiet eamque ad vitae suae finem obtinebit In cuius rei fidem etc.

## Coniunctio Summae in bonis quibusdam inscripta ad alias quascunque Summas

Significamus etc. Quia nos meritis in nos et Rempub. nram per Gnosum N. praestitis adducti volen. eundem Generosum N. sua gratia et favoribus nostris Regiis prosequi Summam pecuniariam quam habet in Advocatia N. superioribus literis nris inscriptam Summis originalibus in quibus bona nra Regia ad ...